



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

27. Novum indusium, nigræ litteræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

ad aram Iulio Cæsari exstructam, hostiarum morema- A
dari iussit.

Iustin. Mar. in Iyp. Iren. l. 5. contra heres. Psalms. 89. v. 4. & 2. Pet. c. 3. v. 8.
Iustinus & Irenæus è priscis nobilissimis scriptores acutè obervant, post latam mortis sententiam in protoplastum, mortalium omnino neminem, secundum Dei Calendarium, diem integrum vixisse. Nam Prophetis & Apostolis testibus, *Vnus dies apud Dominum sicut mille anni; & mille anni, sicut unus dies*: Atqui nullus hominum mille annis vixit; ergo nec diem totum ullus. Moriendum est, etiam ad nongentos & amplius annos ætatem produxeris, Moriendum est: Hoc ab oraculis divinis, humanà ratione, & experientia certissimum. Oracula divina sex-

Res è contrariis cõposita interitui obnoxia.

centies proclamant, Moriendum. Ratio seipsam demonstrationibus evidentissimis convincit, rem è contrariis compositam, interitui obnoxiam, adeoque Moriendum esse. Experientia, stultorum ac sapientum magistra, digritum in immensos mortuorum cumulos intendens, vel oculis persuadet, hæcenus neminem unum ex omni numero, mortis impetum elusisse, Moriendum esse. Sole ipso clarius est, Moriendum esse. Sed an ullum celi tonitruum tam valide aures omnium percellit, atque hoc ipsum? Moriendum est. Hic nemini licet esse furdo. Velis nolis, admittere cogis has voces; vel invitas aures penetrat hoc tonitruum: Moriendum est, irato Deo propitiòque.

Nat. ag. l. 6. in fine.
Mors est mortalium tributum.
Æschylus olim: *Sola, inquit, Dearum mors munera non amat, non admittit dulcis partem spei. Quare sapienter Seneca: Hoc, inquit, affigamus animo, hoc nobis subinde dicamus: Moriendum est. Quàdò melius hoc nescies.* Mors naturæ lex, mors officium tributumque mortaliū est, tunc dandum, cum exigitur. Quapropter omnibus omittis; hoc vnum meditare, ne mortis no-
men reformides: effice illam tibi cogitatione multà familiarem: ut si ita tulerit, possis illi vel obviam exire.

§. 26. Mortis memoria variè refrendenda.

1. **A**lunt cranium in furno arefactum, & pistillo in farinam redactum, admixto oleo, gangrenæ ac carcinomati felicissimè mederi. Calvas & mortuorum ossa serià contemplatione velut commolere, & unguenti loco adhibere, omnem animi pestem perlanat.

2. Plato tantò aliquem evadere sapienterem cen-
sebat, quantò vivaciùs consideraret mortem. Ideo discipulis suis philosophiæ studiosis hanc legem dixit, ut iter ingressi pedes nunquam operirent. Voluit vir sapiens hoc ritu significare, extremum viæ assidue cogitandum.

3. Nicolaus Christophorus Radzivilius, Princeps Polonus affirmat, in Ægypto eos qui prudentià & ætate ceteris antistarent, oblonga mortuorum ossa, ebore aut ligno efficta, aut etiam vera, hodièque circumgestare, mutuo sibi monstrare, & ad meditandum obitum cohortari. Mensis etiam memoriàm mortis inferunt

Ægyptii memoriàm Ægyptii, conviviaque claudunt tristi hoc acromate: *Memento mori.*

4. Calipha Rex Tartarorum in urbe Bagdad, die festo, quem ipsi Ramadam vocant, conspiciendum se populo daturus, mula vehens, & vestibus ex auro & argento contextis conspicuus; fulgentibus in cidari gemmis pretiosissimis progreditur. Supra cidarim verò nigram calanticam gestat; quo quidem ritu, omnè corporis ornatum, mortis tenebris occultandum significat.

5. Iustiniano Imperatori mortuo, instrata veitis stragula, in qua opere Phrigio, victarum urbium, & barbarorum Regum; quos ipse debellarat, effigies textæ. Ecce tibi inter pugnas, triumphos, victorias, mortis simulacrum. Ludit certè mors in imperiis, & æquo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres. Martinus V. summus Pontifex, hoc habuit symbolum loquentis picturæ, seu tacentis poëleos: In pyra jam accensa jacebant, brevi etiam aritura Pontificis tiaræ, Cardinalium galcerus, Antititum insule, Imperatoris dia-

Baron. to. 7. an. 565.

Antea Oritho Columna dictus.

dema, Regum coronæ; Ducum pileus & gladius. Adscriptum lemma: *Sic omnis mundi gloria.*

6. Nautæ, nescio cuius, responsum probò, quem Deremedio cum quidam interrogasset: *Vbinam pater ejus obiisset?* *Ubi quæ in mari, dixit. Cùmque ille idem de avo & proavo, dial. 12. l. 1. atque atavo nominatim quæsiisset ex ordine, respon-* *Frane. l. 2. sumque idem de singulis accepisset, subiecit: Et num-* *quid tu, ait, mare ingredi non times? Responsum nau-* *opera sapius ta dissimulans, Et ubinam, inquit, tuus obiit pater? Suo,* *hic m. n. n. ait iste, in lectulo. Sed ubi avus, ubi proavus, ubi ceteri majores tui? Omnes, inquit iste, suis in lectulis obierunt. Tunc nautæ: Non tu, inquit, times lectulum con-* *scendere, omnibus maioribus tuis fatalem? Eleganter quidem, aliquantòque plus quam nauticum fert ingenium. Quotidiana sit cogitatio nostra, quæ Iusti Lipsii fuit; fuit corpeptus morbo decubitus dixit: Ad lectum, ad lectum. Sæpe qui dormiunt, ducuntur ad mortem, somni fororem.*

7. Joannes, Patriarcha Alexandrinus, qui ab eleëmone Leon. Cyp. synis nomen traxit, superstes & sanus montumentum si-
bi exstui iussit, sed ideo non absolvi, ut diebus solen-
nioribus, præsentè jam clero, rem sacram facturus, ab uno aliquo sic moneretur: *Domine, sepulchrum tuum im-* *momentū perfectum est, jube igitur inchoatum absolvi, nescis enim quā absolvi nō* *justit.* *horà fur veniat.*

8. Imperatorem Orientis recens creatum nemini prius alloqui licebat. Quam latomus aliquot diverfi coloris marmora exhibuisset, interrogassetque: E quo genere lapidum, Majestas Tua monumentum sibi vult fieri? Quid hoc aliud erat, quam dicere: Ne supercilium tollas Imperator, homo es: morieris, sicut potestemissimus mendicorum. Sic ergo regnum administtra quod perditurus es, ne regnum perdas æternum.

9. Domitianus Imperator primoribus Senatorum & equestris ordinis, epulum dedit hunc in modum. Apparavit ades omni ex parte nigerrimas. Laquearia, parietes, pavementum, sedilia, atra omnia, & luctum spirantia. In hoc mortuale triclinium nocte introducti convivæ, absque comitibus; iuxta singulos collocatum risus vaniferetrum, inscripto cuiusque nomine: additus & lych-nuchus, qualis in monumentis solet. Ministri mensæ & ipsi colorem noctis vultu & veste referebant, cenantesque saltatione funebri cingebant. Cena interim magno silentio peragebatur; Domitiano insuper sermonem de iis, quæ ad mores & funera spectarent, super mensam ingerente, convivis extrema meruentibus, metrique panè jam exanimatis. Quid itaque? Salubre sibi & Senatoribus documentum parasset Domitianus; sed montes parturiebant, natuque demum ridiculus mus. Rectius Ægyptii, qui convivii risus lugubri castigant epilogo.

§. 27. Novum indusum, nigra litteræ.

C Ayri in Ægypto templum Turcicum (Moschæam Radz. ep. 3. vocant) hac ratione ædificatum est. Assanus Basiliteris in cha vir tam vasti quam avari ingenii, nomen suum in Palest. milis pag. 176. Orbem vulgaturus, grandi aliqua substructione, sed Assani vanis nullis ferè suis sumptibus, hoc invenit consilium. Vbivis frictis & locorum proclamari jussit, constituisse se ingens Deo avaritia templum condere. Ut autem hoc opus felice successe-
su eat, omnibus undecumque adventantibus liberatissimam stipem erogatum iri, dictisque est certus & dies & locus partiendæ eleëmofynæ. Evocavit hæc res immensum populum ex Ægypto universa: sed & aliis è regnis Cayrum plurimi confluxerunt. In adventum horum Assanus maximum indusiorum & tunicarum numerum parari jussit. Eos autem qui stipem accepturi venerant, ex amplissimo atrio in aliud æquè amplum, per aliquot ostiola, & non nisi singulos transire voluit. In hoc transitu singulis suæ vestes ademptæ, & indusium tunicaque nova vi obtrusa. Hoc eo factum, ut quid-

ut quidquid à tor millibus hominum, in viaticum fuisset assumptum id omne dicto loco relinquere. Solent enim illic locorum pecuniam, quam itineri destinant, indutis aut pileis infuere. Et quamvis nemo non maluisset suum indutium & tunicam etiam lacera retinere, cogebantur tamen universi suis relictis, nova sed vacua tunica superbire. Ploratus tandem ingens & ululatus populi coortus, vereres ab Assano vestes petiit. At ille irrisus plebecula clamoribus & lacrymis, quidquid vestium collectum est, rogo uno comburi jussit. Pecunia vis tanta è busto sublata, ut ea edificio tam nobili sufficeret. Similimè nobiscum mors agit, vestem veterem vel invitis eripit, & novam sepulchralem obtrudit. Nos quidem, uti Paulus loquitur, *ingenitum* gravati, eò quod nolimus exspoliari, sed *superflui*. At frustra renititur. Clamores & lacrymas nostras mors rigdet. Velis, nolis, exuendum vetus amiculum. Exue, & abi. Omnes eadem conditio devinxit: Cui nasci contingit, mori restat. Intervallis distinguimur, exitu æquamur.

Mors vestem veterem eripit, & sepulchralem obtrudit.
2. Cor. 5. v. 4.

Assani crudelitas vindicata.

Fatalium epistolarum summariu.

Sed audite, quomodo avarissimi hominis crudelitas sit vindicata. Imperator Turcius Assani nequitia intellecta, Imbraimum Bascham ad eum misit cum litteris, quibus Assano sermone præcepit: Quamprimum ab Imbraimo litteras accepisset, ipse suum caput Constantinopolim mox mitteret. Fatales ejusmodi epistolae Turcarum Imperator ipse sua manu solet scribere, & holoserico nigro obvolvere. Harum epistolarum semper summariu est: *Mitte mihi tuum caput*. Quisquis es, Rex an Cæsar, quando Imperator cali nigris ejusmodi litteras tibi miserit, resistere non potes, excusare non licet, deprecari nil inuat, effugere non vales, tergiversari nequis, actum est. Hoc ergo age, & ipsam calca necessitatem: quod invitus facere cogetis, fac illud sponte animi. Mitte caput tuum, non tyranno, sed patri, non homini, sed Deo. Non tantum morere, sed & velis mori. Cur enim quod necesse est, voluntas non occupet? Acquiescere necessitatis, velle virtutis est.

§. 28. Omnis dies observandus.

To. 10. l. 50 homil. hom. 13. in.

Sapiens cum tranquillitate de morte cogitat.

Molonius apud Stobæum: Non est, inquit, presentem diem rectè transigere, nisi statuas eam quasi ultimam transigere. Et Augustini sapientissimum monitum est: *Latet ultimus dies, ut observentur omnes dies*. Diem mortis incertum salubriter constituit Deus, ut ultimum suum quisque salubriter cogitet. At, inquit, tristis hæc cogitatio est super morte, & ipsam adducit mortem. Kallieris. Sapiens cum tranquillitate de ea cogitat: non aliter quam in mari aut navi ventos & vela spectat, quibus fertur in portum; nec tamen ipsa cogitatio eum transfert. Hæc stultitia & omnis error noster est. In fluctibus & inter undas jactari volumus; reformidamus, quod natura & ratione ducimur, pervenire. De natura scimus:

Omnes eodem ducimur, Omnium. Versatur urna.

Sed & de ratione, quis ejus compos abnegabit? Quid hic nisi iactationes, curæ, miseria, corporis atque animi dolores? Ecce finem: quid reformidas? Ecce portum: cur non intras? Sed revera, ut ii qui in carcere sunt, elabi vellent, & subinde possent, nisi custos carceris teneret; sic in hac vita non impedit phylacista ille, Amor vite. Pellendus est, & ut possit, sæpè cogitandum est, quod semel faciendum est. Et quia incertus ac ignotus est ultimus dies, suspectus sit omnis dies. Animus hoc modo fortior, vita emendatior, imò & laxior, quid enim terreat aut turbet quem

Cur omnis dies suspectus esse debeat.

--- ille timor

Maximus hand urget, leri metus. Prævisum jaculum minus ferit; mors sæpè cogitata mollius sternit.

Tom. I.

§. 29. Sandapila ultimum superbiæ nostræ solium

Abrahamus ille magnus cum Dei jussu peregrinatus huc illuc commearet, nihil potius habuit, quam ubi stabilem locum reperisset animum adiciere sepulchro emendo. Hoc ita voluit esse suum, ut id omni iure modoque possideret. Hinc omnem pecuniam à venditore designatam sine cunctatione adnuñtavit, probatà monetâ publicâ. Nec illi satis emptio-nem publicè transigi, voluit insuper omnes loci incolas adesse testes emptio-nis. Quà in re vir fide plenus monstravit, sepulchrum esse hominis locum proprium, quem is verè, si quidquam aliud, situm diceret. Abrahami exemplo, optimus quisque inter primas curas numerat, rem sepulchri curare.

Gen. 2. 13. Abraham de emendo sepulchro fuit sollicitus.

Sepulchrū est hominis locus proprius.

Maximilianus I. Imperator Austriacus, triennio ante mortem, capulum funebrem è querno ligno, arce viatoriæ inclusum, circumferri secum jussit: cavetque testamento, ut exanime corpus suum, rudi linteo involutum sine ulla exenteratione, illi imponeretur, natisque ore, auribusque vivâ calce oppletis. Quid sibi voluit magnus vir? nisi monumentum illud assidue in oculis habere, quod diceret, *Cogita mori*. Quod amplius diceret: Quid te dilatas? extendis, quid multa possides, plura appetis? Quem tot provinciæ & regna non capiunt, locus ille capiet. Cur autem & calcem cavis illis partium immisit? En aromata, quibus condiretur. Maximiliane magnus fuisti! & res tuæ dicunt, cum & hæc circa mortem.

Maximilianus I. Imperator triennio ante mortem capulum circumferri jussit.

Quid memorem de feretro Ablavii, qui Præfectus Prætorio, inter Constantini Magni aulicos principes, auri insatiabilis vorago, aurum sapius cogitavit quam tumulum, quam calum. Hinc manu prehensum affatus Constantinus: Quousque tandem, o bone, inquit, thesauros accumulamus? atque simul cum dicto, hæc stitit, quam manu tenebat, feretri figuram in terrâ descripsit, &: Orbis, inquit, opes universas habes, non maiorem tamen post finis locum possidebis aut loculum, quam ego hic depinxi. Si tamen tantum terræ spatium sis occupaturus. Vates fuit Constantinus, nam Ablavius frustra disiectus, non habuit quod daret tumulo.

Baron. 10. 3. Anno 326. n. 96. Ablavius aurum potius quam tumulum cogitans non habuit quod daret tumulo.

Carolus V. Augustæ memoriæ Imperator, Maximilianum, quem dixi, sanctissimè amulatus, diu ante mortem Reipublicæ administratione se sponte submovit: & cum in filium jam validum avi & animi curas transtulisset, in Hispaniâ S. Iusti monasterio se abdidit, cum duodecim dumtaxat familiaribus, Deo & sociis vacaturus. Interdixit autem aliter se quam Carolum appellari, Cæsaris, atque Augusti nomina cum rebus animo exuens, quidquid honorarii est contempsit. Imò hoc amplius ferunt, diu ante Imperium abdicatum, sarcophagum sibi construï jussisse cum funebri suppellectile, deportandum, clanculum tamen, quocumque iret. Hunc apparatus mortualem habuit apud se quinque annis, ubicumque locorum esset, etiam dum Mediolanum contra Gallos proficisceretur, illumque diligentissimè singulis noctibus in suo cubiculo reponi jussit. Arbitrabantur quidam qui circa eum erant, thesaurum illic asservari, alii nonnihil librorum, in quibus historiæ veteres continerentur, aliud aliud quidpiam magni. Cæsar verò sibi conscius quo animo eam arcam circumferret, subridendo dicebat: In rei sibi charissimæ usum, id secum deferri. Sic assidue mortem cogitabat Carolus, poteratque diebus singulis dicere, Vixi. Ita quotidie ad lucrum surgebat.

Carolus V. nomina Cæsaris & Augusti animo exuit & sarco-phagum sibi construï jussit.

Carolus Imperatorem complures alii felicissimè imitati, qui sandapilam mortis suæ monumentum quot diebus religiosè sunt contemplati. Genebaldus Laudunensis Antistes, instar sepulchri lectulum habuit se-

Zach. I. 1. 10. 3. in vitâ s. Remigii p. 1. Olib.